

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 7237

**Auteur(s) :** Guillaume de Passavant, Le Mans (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Yvelandes, Notre-Dame (prieuré)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** ...1180...

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Charte de Guillaume, évêque du Mans, par laquelle, à la demande de Henri II, il attribue à l'église d'Ivrandes les biens vacants précédemment donnés par Guillaume de Traci à une maison de lépreux fondée à Couesmes.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DLVI, t. 2, p. 136-137.

## Dissertation critique

« Vers 1180 ? » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 2, p. 136.

Texte établi d'après a

W., Dei gratia Cenomanensis episcopus, universis fidelibus salutem.

Quoniam veritas inter improbos sub scripti auctoritate tutior conservari solet, notum fieri curavimus quod, cum W. de Traceio pro salute sua et patris et matris sue aliorumque predecessorum suorum apud Coysmas edificasset quamdam domum leprosorum eique ad suffragium virtus de bonis suis elemosinam instituisset, domo illa a leprosis vacante et aliquandiu a leprosis non habitata, nos, ad petitionem domini regis Anglorum Henrici, universos redditus illius domus Alano clero fratri supradicti Willelmi dedimus et concessimus. Postmodum autem, eodem Alano elemosinam illam sponte sua in manu nostra dimittente, ad mandatum et commonitionem domini regis Anglorum Henrici et ad preces supradicti Alani universos redditus domui illi assignatos ecclesie Beate Marie de Ivranda pro salute supradicti Willelmi et patris et matris sue aliorumque predecessorum suorum dedimus et concessimus. Hec sunt beneficia que ecclesie Beate Marie de Ivranda mandato supradicti domini regis Anglorum et assensu prefati Alani dedimus in perpetuum et concessimus : W. de Traceio dedit in perpetua elemosina XI. jugera terre, et pratum et molendinum cum molitura hominum suorum, et L. solidos Cenomanensium annuatim ex his locis suscipiendos ; ex Huelineria XXI. solidos ; ex feodo Hamonis de Agneio XX. solidos ; ex Loreio V. solidos, et ex feodo Hugonis de Moncorbel V. solidos. Gaufridus etiam de Mongerol, intuitu divino et honore suo eisdem leprosis in perpetuum dedit et concessit de censualibus denariis suis quos habebat apud Montauden V. solidos Cenomanensium in festo Omnim Sanctorum suscipiendos, W° primogenito filio suo hoc concedente, et Hugo de Mongerol similiter de censualibus denariis de Brivis V. solidos in festo Sancti Mauritii ; Robertus quoque Morcheii XII. denarios, Hugo de Basella VI. denarios singulis annis reddendos, et W. Geredecimam molendini de Jarreia ; idem etiam W. et Hugo Bretel eisdem leprosis in perpetuum dederunt et concesserunt decimam molendini

de Brooteria, et Odo de Mongerol decimam molendini de Foles, et idem Odo et Gaufridus de Fonteneio decimam molendini de Fonteneio, et W. de Buris decimam molendini sui de Buris ; Henricus de Gastinis I. arietem et I. gallinam annuatim suscipiendos in terra quam idem Henricus habet de dono Wi de Traceio. Torgisius quoque de Traceio eisdem leprosis dedit in perpetuum et concessit duo quartaria frumenti, et Alanus de Sancto Petro XII. denarios similiter annuatim reddendos, et Hugo de Moncorbel VI. denarios similiter censuales, W. Espechel similiter VI. denarios censuales in terra Aalardi, quam idem Aalardus et heres suus de leprosis illis tenebunt liberam et ab omni alio servicio quietam. Huic donationi a nobis facte ecclesie Beate Marie de Ivanda interfuerunt : Tigaretus capellanus, Ivo magister scolarum, W. archidiaconus, Eustachius archidiaconus, magister Ernaldus, Robertus capellanus episcopi Baiocensis, Osmondus de Flex., magister Alanus de Buays, Adam clericus, et multi alii. Quod ut fidelius conservetur, id litteris annotari et sigilli nostri munimine fecimus communiri.